



1. Faustus / Isaac / diff. de bonitate Dei,  
Argent. 1696.
2. Fecht / Joh. / vindiciae veritatis adversus  
criminationes Godefr. Arnoldi  
Rostochi 1705.
3. ———— diff. de invocatione sanctorum  
Rostochi 1711.
4. ———— diff. de precipuii Oratoris  
Ecclesiastici in perorando virtutibus,  
Rostochi 1700.
5. ———— diff. de apparitionibus Christi  
post ascensionem ipsius factis.  
Rostochi 1699.
6. ———— diff. de religione Gibeonita-  
rum Rostochi 1703.
7. ———— expositio Epistolae pauli ad  
Titum Rostochi 1692.
8. ———— diff. de fuga Ministrii Aulae  
Saxotheci Rostochi 1711.
9. ———— diff. de divina origine studij  
Publici, Rostochi, 1702.

- 10 Fechtig (Joh.) diff. de fructibus Justitiae  
per Jesum Christum, Roskochi 1700.
11. ——— diff. de Cultu Imaginum et reli-  
quiarum, Roskochi 1713.
12. ——— consideratio concomitantiae Sa-  
cramentalis tamquam fulcri sub una a  
pontificis suppositi, Roskochi 1699.
13. ——— diff. de Clerico percussore, Roskochi  
1705.
14. ——— diff. de solo nicho, Roskochi  
1695.
15. ——— diff. de Christo in nobis, Roskochi  
1705.
16. ——— diff. de errore reformatorem  
circa communicationem idiomatum  
humani Christi naturalis factam,  
Roskochi 1709.
17. ——— diff. de Legitimo S. Scriptu-  
rarum Scrutinio, Roskochi 1709.
18. Fehmel, Amandi goth. diff. de  
criterijs vere religionis communi-  
bus, Altorfi 1717.
19. Feuerlin, Jac. Willh. diff. de justitia  
dei goettingae 1738.
20. ——— diff. de libera arbitrio,  
goettingae 1737.
21. ——— diff. de legibus divinis circa  
Evangelium, Altorfi 1736.

22. Feuerlini, Jac. Wilh. diff. de studio  
Scripturae L. Guettinze. 1737
23. Feustkingys, John Henry diff. de here  
si circa mensuram, Wittenb. 1710.
24. ——— diff. de philippino Heneti.  
corum novissimis Ironicorum consi.  
tys opposita, Wittenberge 1710.
25. ——— palinodia sacra, Wittenb. 1711.
26. Fidaliy, Joh. diff. de homine  
in cuius vaso est spiritus Lysia
27. Foertschy, J. Mich. <sup>1728</sup> diff. de ordine  
Sanctificationis, Jene 1717.
28. ——— diff. de mysterijs Christia.  
nismy, Jene 1713.
29. ——— Reza diff. de moderatione  
in controversijs et de moderato  
jocandi studio, Jene 1721.
30. ——— diff. de correctione  
morum Donati partium revi.  
viscentium, Jene 1712.

c. 30 — 33

DE  
**CORRECTIONE**  
ET  
**CORREPTIONE**  
MORUM DONATI PARTIUM  
REVIVISCENTIUM  
*P R Æ F A T I O N E M*

PRÆMITTIT  
**NUCLEO CONTROVERSIARUM**  
SACRARUM PER UNIVERSAM THEOLOGIAM  
EXERCITATIONIBUS THEOLOGICIS CUR-  
RENTE SEMESTRI EXHIBENDO

A  
**MICHAELE FOERTSCHIO,**  
S. S. THEOL. D. IT. P. PRIMARIO.

*A. 1712. d. Nov. & seqq.*

DE ILLIS OMNIBUS ET SINGULIS

RESPONDEBIT

**FRIEDERICUS JACOBUS FIRNHABERUS,**  
WERTHEMIO FRANCUS.

---

J E N Æ , L I T E R I S M U L L E R I A N I S .

7. 10. 18  
CORRECTIONE

ET  
CORRECTIONE

MORUM DONATI PARITUR

REVIVISCENTIAM

ET L. A. N. T. O. N. A. T. U. M.

ET N. T. O. N. A. T. U. M.

NICOLAO CONTROVERSARIUM

IN QUA RE DE H. N. T. O. N. A. T. U. M.

ESTICATA N. T. O. N. A. T. U. M.

PRINCEPS N. T. O. N. A. T. U. M.

MICHAELIS ROBERTSCHIO

ET N. T. O. N. A. T. U. M.

ET N. T. O. N. A. T. U. M.

DE H. N. T. O. N. A. T. U. M.

ET N. T. O. N. A. T. U. M.

ET N. T. O. N. A. T. U. M.

ET N. T. O. N. A. T. U. M.





**R**

Edeunt subinde prisci turbonum mores, & vitia ætate quasi sepulta tantum novis authorum nominibus tecta sæpe comparent; Antiquitatis piæ exemplo, sive rigore sit opus, sive lenitate, reprimenda: ubi præsertim in perniciem Civitatis DEI, id est, Ec-

clesiæ valescere & ad schismatis nefas inquietos armare cœperunt. Donati partes quæ fuerint, Historia signavit fide digna, Donatista, sive Donatiani vocantur, de quibus e veteribus Patribus *Optatus Milevitanus*, Episcopus, septem libros, de *Schismate Donatistarum* inscribens consignavit. De his præ aliis, veluti *Albassinæo*, *Merico Casaubono*, *Caspere Barbio* bene meruit doctissimus Gallus *du Pin*. Post *Optatum*, acutissimum *Augustinum* testem habemus diversis Tractatibus & Epistolis, ne dicam de nostrorum temporum scriptoribus, quorum aliqui haud contemnendam operam in excolenda Historia illa collocaverunt, nominatim *Henricus Valesius* libro, annotationibus ad *Eusebii* Historiam

Ecclesiasticam, subjuncto, de *Schismate Donatistarum*, quanquam nimium pro partibus suis Papalibus sollicitus sit, memoratus antea *du Pin* in *Historia Donatistarum Optato* præmissa, *Hermannus Wisluis* in Dissertatione de *Schismate Donatistarum*, in Miscellaneis. Horum operam hic repetere & in excerptis dare, non est præsentis instituti, quod eo potius tendit, ut mores illorum hominum & consilia novissime reviviscentia, quodammodo perstringamus ad correctionis & correptionis regulam indagandam, brevi tamen & ad præfationis formulam instructo instituto.

*Donati partes* in inscriptione vocavi, consentientibus ipsis Donatistis, qui in Judiciis & Actis publicis, se de *parte Donati* esse professi sunt, (a) annotante *Dupinio* ex *Optato & Augustino*, antea *Majorini* se dicebant, bene observante *Baluzio* ex Collatione tertia Carthaginensi & epistola Augustini. (b) Caterum num Carthaginensis, an ille a *Cafis nigris* Donatus iste, vel hic ipse Carthaginensis fuerit, non hoc loco disquiremus, nam & *Casensem* istum schismati Donatistico addictum, & alterum nominatum *Magnum* fastu & superbia introitusse, constat. (c) De erroribus eorum præcipuis, quos annotavere Veteres, hoc unum generatim monuerim, illos nequaquam vel ex materia difficultate quam tractabant, vel mentis imbecillitate quadam promanasse, sed

---

(a) *Du Pin Hist. Don. pag. 10.* (b) *Baluzius in notis ad Acta purgat. loc. cit.* (c) vid. *Albaspineus* ad *Optat. Observ. III.*



sed ex *ambitione* maxime & *invidia* adversus innocentem *Cacilianum*, qui cum, postpositis aliis, Ecclesie Carthaginensi præficeretur, illi digniores & a semetipsis & ab amicis iudicati, adscitis paribus vindictam divisione quæsierunt. Suppetias tulere malo consilio Lucilla, potens foemina, *discipline* impatiens, & avari quidam homines. (d) Accessit vanum Donati æstimium & ultra modum, quo modo demum convaluit schisma in fundamentum sectarii *iracundie*. Erant media fini necessaria, hinc affectus & animi vitia in doctrinae momenta, & dissensus capita transferuntur. Affingitur sanis Ecclesie partibus talis Impietas, ob quam Communio spiritualis tollatur, inde Sacramentorum administrationem apud orthodoxos, sive Catholicos vanam & irritam calumniose pronuntiabant, ut separatio tanto firmitior esset, suum ex adverso cœtum veram Ecclesiam unice laudabant, quippe ex innocentibus, innoxiiis & nulla labe maculae contactis, constantem. Tales hodie in Ecclesia propullularunt Neodonatiani, qui & doctrina & opere omni nisu segregationem moliuntur, & animo & opere divisi sunt, si non corpore a cœtibus orthodoxorum discedant, tanquam ab impiis, quibus & gratiam & aptitudinem cum fructu docendi denegant, Ministerium verbi conviciis & opprobriis impetunt, doctrinam inefficacem & pro stramine declarant absque succo & nucleo, sibi unice spiritum & veram vocationem

(d) vid. Optatus Milv. de Schism. Don. libr. I, 19. *cujus verba: Schisma illo tempore confusa mulieris iracundia peperit, ambitus nutrit, avaritia roboravit.*

nem adscribentes. Unde & vanam ac irritam Administrationem Sacramentorum in coetu nostro malitiose judicant vel pronunciant, sibi que solis veram Deoque placentem pietatem adscribunt, cui nutrienda & sustentanda, ut ipsi quidem præsumunt, conventicula sua instituunt. Testantur id experientia & maxime turbæ in Ecclesia per ambitiosa & turbulenta ingenia jam a compluribus annis Ecclesiam nostram excruciantes, excitata, querelæ publicæ, Acta, Edicta Regum, Principum aliorumque Statuum Imperii, inter quæ nuper admodum Cæsareæ Majestatis autoritate in Silesiacis Ecclesiis Monita publica prodire, (e) contra eos, qui Pietatæ ibi, ut & alibi in Actis publicis vocantur, ipsique tribuitur: *Daß sie durch allerhand ausgestreute falsche Beschuldigungen derer / die in öffentlichen Kirchen Vemtern sitzen / das ganze Predigamt unkräftig / und bey den Zuhörern verdächtig zu machen suchten: item: daß sie sich mit ihrem Anhang / als die allein rechtschaffene wiedergeborene Christen einer sonderbaren Vollkommenheit im Leben rühmen / alle andere für bloße natürliche / und ohne den Geist Gottes lebende Menschen halten. Dolendum sane, nec lachrymis deplorari satis potest, his quoque nostris temporibus, ubi adversus atheismi impietatem in medio Christianismo omni vi nisuque laborandum est, Satanam in ipso pietatis studio divisionis*  
 spar-

(e) vid. *Acta Erudit. german.* p. 390.

sparsisse semina eousque exerefcencia, ut nulla prope-  
 modum spes fit receptis schismaticorum ad unionem  
 redintegrandam. Non siderum ira causa est, unde  
*Petrus Firmianus* (f) inauditum quendam morbum in  
 Polonia arcescit, quo noxii humoris acerbitate capilli  
 ita flexuose arrecti erant, ut serpentes viderentur, in-  
 certissimum fecuturae mortis indicium, sed Authoris  
 siderum indignatio est, id est: justum DEI iudicium, quod  
 hic versatur, hominum malitia provocatum, moribus-  
 que perversis extortum. Ambitio & Arrogantia, ubi  
 sedem fixerunt in animo, ad calumniandi fervorem ad-  
 versus innocentes accendunt. Hæc, accedente obfir-  
 matione ac pertinacia, eousque saepe vires assumunt, ut  
 in turbas & rebellionem se exasperent, nec summis  
 Magistratibus parcant. De *Circumcellionibus*, surculo  
 Donatistico, scribit *Augustinus* (g) eos non solum in  
 alios immania facinora perpetrando audaces fuisse,  
 nec sibi insana feritate parcendo, prorsus quemadmo-  
 dum genius *Munzerianus* hæresin suam in sævitia funda-  
 menta effudit: *Catholici* tamen (h) nomine superbit  
 hoc hominum genus, cum Catholicam rejiciat disci-  
 plinam, rectius propterea a Patriarcha suo Donatista  
 dicti, ut moderni supra, *pietiste*, non in dehonestam-  
 entum quidem pietatem vere sectantium, sed ad ab-  
 usum pietatis & discrimen partium dissentientium in-  
 dicantur.

(f) *Petrus Firmianus in genio seculi* p. 24.

(g) ad *Quod vult Deum* cap. 69.

(h) conf. *Wulfius de Schismat. Donat.* c. 7.

dicandum, nec male tamen olim *Marcellinus*: non esse nomen in præjudicium causæ trahendum: quis enim simpliciter admisit sequelam: Donatista, vel Pietista cluet, ergo defecit a vera pietate, quid si ex affectu cæco nomenclatura sit nata? ad rem ipsam deveniendum est. Sed nominum abusus, siue in prætextum innocentia, siue in indicium divisionis, ex minimis est, graviores sunt malorum causæ: ista enim est stulticia hominum, imprimis eorum, quibus schismatis semina in animo hærent, ut partium, quas sectari cupiunt, Patrum quarant, quem veluti DEUM quendam suspiciunt. De Donato sane Augustinus ait: *Donatianos eum propemodum pro Christo habuisse, patientius laturos, si Christo, quam si Donato detrahatur, ita idolo in sacris semel affectu cæco constituto, deinceps nihil emendationis admittitur, nulla pro merito correctio vel reprehensio, nulla moderatio, terra cælumque moventur, ut antiquam obtineatur, signa rebus imposita ab officio deturbantur, sensus affinguntur verbo DEI pro lubitu & indole præconceptæ hypotheseos (i) philosophia hominum fanaticorum in præsidium causæ adducitur (k) in innocentes, abnuentes idoli adorationem, calumniæ excogitantur, & cavilli sententiæ eorum, tantoque cum affectuum astu omnia aguntur, ut juraveris, bestiam latere infernalem sub humana specie: quid*

---

(i) vid. *Epist. Adis Collationis cum Donatist. insertam c. 258.*  
 (k) conf. *de enthusiasmo Donatist. & purgationibus mysticis*  
*Danzum ad August. de heres. p. 321. & 22.*

quid enim non moliantur schismatici illi in Cæcilianum & Ecclesiam? Opponunt altare altari, ut loquitur *Optatus*, crimina objectant, semper mendaces Calumniatores deprehensi, libellos falsos confingunt ingenti numero, insidias struunt, fidelibus vim inferunt, nebulem vocant Episcopum, Principem seu Imperatorem, corruptum aiunt, Donatum quippe damnantem & malitiam ac pertinaciam eorum edictis gravissimis frangentem & commeritis pœnis compefcentem. Hæc de illis *Optatus* & *Augustinus*: qui observant passim fraudes, pervicaciam, crudelitatem & sævitiam adversus Episcopos Catholicos, quanquam Ipsi calumniabantur Orthodoxos tanquam persecutores & hostes Christianorum, qui crudeliter in innocentes sævirent, occasione sumpta calumniandi, a pœnis facinoribus ipsorum debitis, (1) prorsus sicut moderni Donatistæ nil nisi spiritum papalem, tyrannidem, hæretificationes, persecuciones objiciunt illis, qui eorum perversa molimina opprimere satagunt. Nec est, quod quis dicat: Patres studio partium suarum illa de Donatianis retulisse, ipsa namque Acta publica loquuntur, Gesta Collationis Carthaginensis, Donatistarum epistola, Christianorum Imp. Edicta & Monita. Nec sufficit, cum jurato hoste Doctorum Ecclesiæ pro veritate pugnantium adversus hæreses, Arnaldo, quavis suspicione exacerbata mentis,

B

tis,

---

(1) vid. *Sermo Donatistæ, quem primum in lucem emisit du Pin. conf. Breviculus Coll. Don. Augustini lib. III. collat. dicii III.*

tis, fidem denegare bonis Viris, nisi omnem simul historicam veritatem stultissimo affectu, destruere velis. Cæterum illa e veteribus adhuc repetiisse speciatim & ad nostra tempora referre, non abs re & instituto erit, quæ nunc subjiciuntur: Quod nimirum Donatianus genius invictum se *jaclit*, etiam tum, cum vel male tuetur causam suam, vel plane nihil respondet ad præcipua momenta sibi adversa (m) quod patet ex Actis Collationis Carthagenensis, ubi, quanquam proluxa epistola, quæ in Actis habetur, orthodoxam sententiam de permixtis in Ecclesia malis manifestis confutare tentassent Donatiani; tamen nervum non attigerunt unquam, parabola enim, quæ ad scopum allegabantur a Catholicis, non exprimunt latentes duntaxat, sed oculis humanis expositos: quid enim, annon similitudo de ovibus & hædis communibus pascuis utentibus manifestos signat peccatores? aut, num hædi ignoti sunt pastoribus? Sic nec in parabola de area, ubi palca tritico mixta est, ventilationis tempori reservata, latentes notare potest & hypocritas, sed manifestos, neque tamen Catholici simpliciter tolerandos non correctioni aut coercitioni subjiciendos statuerunt illos malos, ut haberent Donatistæ, quæ exciperent. Sic enim *Augustinus* in Gestis Collationis Carthagenensis: (n) *De latendo & non latendo questio est, utrum pertinuerit ad pietatem bonorum*

---

(m) vid. ipsa Acta Collat. Carth. & exhibita ibi proluxa epistola Donatianorum, & quæ ad Responiones impertinenter excipiebant.

(n) sub finem Collationis.

*norum, etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint, quibus mali quid in Ecclesia apparuerit? Dicimus enim nos, non negligendam Ecclesiasticam disciplinam, & ubicunque fuerint proditi mali, coercendos eos esse, ut corrigantur, non solum seruatione correctionis, verum etiam excommunicationibus & degradationibus &c.*

Sic nec separationem omnem a malis, veritatis defensores negabant, sed talem, quæ fit corde & vita morumque dissimilitudine omnino requirebant, juxta Sacræ Scripturæ testimonia, quæ separationem a malis injungunt (o). His tamen insuper habitis mox sibi victoriam adscribebant, mox, non auditos esse satis querebantur, cumque ipsi variis diverticulis in noctem protraxissent Collationem, quasi nocturnum tempus veritati inimicum esset, illud ipsum collationi datum querebantur.

Accedit vanæ jaçantia loquacitas & pruritus in hoc hominum genere prorsus detestandus. Nam cum Catholici summa patientia epistolam, qua rationes suas exposuerant fanatici Donatistæ, audirent; hi tamen, cum illis ad responsionem deveniendum esset, impudentissime interlocuti sunt, & catholicis, vix verbum unum exprimentibus, rumpente quasi ventre præ futilissima sapientia, figmenta sua deblaterarunt, hinc *Augustinus* adversus ejusmodi blateronem exclamabat: *ò si esses & Tu patiens, donec finiam, quod prosequor* (p)! Turpior est *falsariorum* consuetudo, qua se juvare cupiunt Donatistæ,

B 2

(o) *Augustinus breviculo, id est supplement. Actorum Don.*

(p) *Gest. Coll. ed. Pin. p. 316.*

tistæ, dum sententias innocentissimas corrumpunt, & orthodoxos, qui tamen ab ipsis dissentiunt, in subsidium causæ desperatæ vocant. Sic in Collatione Carthagenensi ipsius *Optati* librum, (q) quò ipsi damnabantur, tanquam testem victoriæ suæ adferebant, quem tamen ira mutilaverant, ut omnia invertisse viderentur. Hinc *Augustinus*: *Mirari se, Donatistas habere in corpore sanguinem, qui nunquam erubescerent, toties in manifesto mendacio deprehensi.* Inter mendacia fanaticum illud crasius & intolerabilius est, quod *Angelorum*, imò DEI ipsius colloquia fingunt (r): quò quidem antiquas illas Donatistæ partes dilapsas esse, nonnulli notaverunt. Quod si ita est; pertinaciam erroris indicat, utpote qui divina se autoritate roborat in fiduciam *ἀναμάρτητος*; Cui hoc tamen minus convenit, quod aliqui horum hominum *ἀδίαφογίας* sentiendi de rebus divinis & sacris produnt: *Augustinus* (s) certe Gothis nonnullos Donatianos dixisse ait: *se credere, quod illi credunt, sed addit: Id erga eos fecisse, quos videbant aliquid posse:* ita studio utilitatis accommodasse videntur pietatem suam, qui puriores sanctioresve se aliis jactabant, tanta est imbecillitas adsciti ex affectu erroris, ut nuspian consistat, sed pro occasione se mutet in auras. Nec adeo mirum, quod *Theodoretus* (t) Arianis annumerat Donatianos,

---

(q) *Fr. Balduini Hist. Carth. Coll. p. m. 34r.*

(r) *Vid. Franciscus Balduinus Hist. Carth. Collat. pag. 36r.*

(s) *Epist. 50. ad Marcellinum.*

(t) *lib. IV. hæret. fab.*



tianos, nam & *Augustinus* observat de Donato: *illum haud Catholicam de Trinitate habuisse sententiam, quippe minorem Patre, Filium, & minorem Filio, Spiritum Sanctum putasse*, quamquam neget, multitudinem illius erroris participem fuisse, nisi quod nonnulli cum ipso senserint: (u) omnes fere idem omnino profiteri, se credere de Patre, Filio & Spiritu Sancto, quod Catholica credit Ecclesia. Inter hæc isthoc genus hominum sua somnia diffundere, & discipulos colligere omni studio conatur, (x) licet ipsi inter se dissentiant, ut denuo *Augustinus* testatur: *Multa*, inquit, & inter ipsos facta sunt schismata (y) gravius tamen & celebrius inter Veteres Donatianos schisma erat illud *Primianistarum & Maximianistarum*. Prorsus sicut moderni in diversos se veluti ramos dividunt, sunt enim crassiores & fanatici prorsus, alii mitiores & subtiliores, cum quibus tamen nequaquam confundendi pii & innocentes Christiani, sive etiam Doctores. Ad prosequendum scopum suum tenendamque hypothesin & aliis inspirandam, callidi sunt Donatistæ & opportunitati intenti, ut, quando principes aliis districti sunt negotiis, & bello impliciti, rem suam agant (z). *Indulgentia quoque Superiorum* maxime abutuntur, & impudenter se suosque Ecclesiæ obtrudunt,

(u) *Epist. 185. ad Bonifacium Comitem.*

(x) vid. *du Pin. ex Augustino Hist. Donatist. p. 12.*

(y) *ad Quod vult Deum c. 69.*

(z) *enodavit id Valefius de Schism. Don. subjuncto Enseb.*

dunt, ut recte hic judicavit doctissimus *Valesius*: interdum plus nocere lenitatem, quam severitatem: (dixerim-  
severitatem): dum improbus quisque Principis clementia non tam ad emendationem provocatur, quam ad majorem licentiam impellitur. Quemadmodum proinde errores e verbo DEI rejiciendi sunt & confutandi; ita mores observandi, corrigendi, & in publica Civitatis & Ecclesiae damna subinde erumpentes reprimendi, castigandi & Magistratus autoritate omnino coercendi exemplo Veteris Ecclesiae: imo & implorandi sunt Principes, ut audaciam & impudentiam nebulonum pro autoritate sua, ceu Custodes Legis & Nutritii Ecclesiae comprimant, uti veteres Catholici adversus *Samosatensium* malitiam *Adriani* excitarunt opem, *Constantini Christiani* adversus *Donatistas*, aliorum Imp. contra alios. Hinc leges & Edicta illorum adversus *Donatistas*, eorumque mores, (aa) estque vel ignorantiae vel malitiae manifestum indicium, Regum piorum officium sub praetextu Papalis potentiae diminuere velle, ut stultitia venenata impune grassetur; Deme in corrupto statu vita humanae τὸ κέρειον ab Ecclesia, externam directionem & coercionem haeretica pravitate & turbulentorum ingeniorum, autoritatem summi Magistratus; & Civitas DEI erit colluvies malorum hominum, turba infidelium, suppressio credentium. Sed de his Theologi adcurate pridem

---

(aa) Conf. *Monumenta Veterum & Edicta Imp. adversus Donatistas. Acta adversus Anabaptistas & Munzerianos.*


pridem & satis egerunt, demonstrantes summi Magistratus limites in Jure circa Sacra adversus Papalem impotentiam. Hæc enim pauca præmissa sunt Instituto nostro, cui suffragatus est Juvenis Pereximius & Doctissimus,

## DN. FRIDERICUS JACOBUS FIRNHABERUS,

& ingenio eleganti & pia industria & profectibus in Theologia omnibus cordatis commendandus, postquam enim controversias sacras publicis disquisitionibus tractandi desiderium ceperat, facile nostris consiliis adhi- pulatus est, juxta quæ synopsi quadam istas Dnm. Com- militonibus excutiendas proponere constitutum erat. Hoc itaque etiam atque etiam rogamus, ut frequentes adsint exercitationibus nostris, DEUMque inprimis no- biscum precentur, ut in Ejus Gloriam cuncta ver- gant. Perscriptum Jenæ d. XIV. Nov.

cio 1000 XII.





JACOBUS  
F. H. H. H.






ad 31




01 A 6533

R

1077







e. 30 — 33  
DE  
**CORRECTIONE**  
ET  
**CORREPTIONE**  
MORUM DONATI PARTIUM  
REVIVISCENTIUM  
*PRÆFATIONEM*

PRÆMITTIT  
NUCLEO CONTROVERSIARUM  
SACRARUM PER UNIVERSAM THEOLOGIAM  
EXERCITATIONIBUS THEOLOGICIS CUR-  
RENTE SEMESTRI EXHIBENDO

A  
**MICHAELE FOERTSCHIO,**  
S. S. THEOL. D. ET P. PRIMARIO.

*A. 1712. d. Nov. 8<sup>o</sup> seqq.*  
DE ILLIS OMNIBUS ET SINGULIS  
RESPONDEBIT

FRIEDERICUS JACOBUS FIRNHABERUS,  
WERTHEMIO FRANCUS.

---

JENÆ, LITERIS MULLERIANIS.